



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 1. Ignis è terra erumpentis & fulminu[m] vera caussa, fabulosæ
opposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

Conditoris. Nec, si secum argumentis putet, melius eam vllus subditivus Dædalus condere potuisset. Apparet ergo, tonitrua & fulmina, & ignes, & incendia, non naturæ tantum, neque tentatoris duntaxat Stygij, sed etiam DEI esse, & aliquando quidem defendentis, sæpe tamen etiam terrentis, aut punientis instrumenta.

C A P V T IV.

Æquitas bonitasq; diuina, in tempestatibus, & mundi elementis, Pharaoni, Alphonso X. alijsq; luculentè ostensa.

§. I.

Ignis è terra erumpentis, & fulminum vera causa fabulosa opposita.

Gigantes olim, cum Iouem vellent Virg. in
cælo pellere, finguntur à Poëtis Ætna.
fulminum iactu deturbati. Nimirum vt vel fictum DEVM docerent, in picturis ac statuis, meritò exprimi, rubente dextera fulmen vibrantem, sumpta occasione, ex turri *Babel*, montes montibus impositos cecinerunt. Vtque vel in mortuis vindictæ Gen. 11.
esset monumentum, scripserunt, Typhoeum
sepul-

- sepultū, quoties in latus se vertat, flammās
Strab.lib. & aquas, ex insula, euaporare. Qua de caus-
5. sa Strabo fabulam natam memorat, quòd
 cūm Eretrienses, & Chalcidenses, in Pithe-
 cufis insulis, habitarent, terræ frugibus at-
 que auri fossione beati, inde, ob terræ mo-
 tus, exhalantes ignes, aquarum feruores, &
 mare inualefcens, excedere coacti sint. Hu-
 ius enim generis eructationes habet insula,
 ob quas etiā missi ab Hierone tyranno Sy-
 racusanorum coloni, paratum iam à se mū-
 rum compulsi sunt deserere. Hæc natia soli
 damna, eiusmodi fabulā Poëtæ excusa-
 uerunt. Sed non opus est ad fabulas confu-
Prouerb. gere. *Dominus sapientia fundauit terram, sta-*
3. 19. *biliiuit cœlos prudentia: vbi voluit, posuit bi-*
 tumen, sulphur, & ignes, quæ & ipsa cedunt
 in hominum vtilitatem. Nam & bitumine
 muros Semiramis struxisse dicitur, & aqua
Plin.l. 31. *bituminata & nitrosa, qualis Cutilia, utilis est*
6. 6. *bibendo, atque purgationibus; & eiusmodi ign-*
 nes de terra, aut cœlo erumpentes, vt iam
 olim docuit Tertullianus imago sunt infe-
Eccl. 10. rorum. Denique *in manu Dei potestas terra.*
4. vnde sæpenumero *terras gentium euertit Do-*
Iob. 11. 19. *minus, & perdidit eas usq; ad fundamentum.*
Gen. 19, *Quod factum est, quando Dominus pluit su-*
24. *per*

& Alphonsum, aliosq; castigantia. 63

per Sodomam & Gomorham sulphur & ignem à Domino, de caelo: & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores urbium, & cuncta terra virentia: item, quando Moyse virgam in caelum extendente; Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac Exod. 9. discurrentia fulgura, super terram: pluit q; Do-²³ minus grandinem super terram Aegypti. Et grandis & ignis mixta pariter ferebantur, tantaq; fuit magnitudinis, quanta ante nunquam apparuit, in vniuersa terra Aegypti. Sed saepe, vbi forti medicina opus est, per tonitrua concionatur, per fulgura illuminat mentes, dum caecat oculos DEVS, quod non solum factum est, quando Paulum subito cir- Act. 9. 3. cum fulsit lux, de caelo, & ille cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? voce pariter & luce percussus: sed etiam regi in caelum ferocienti; cui de ingenio atq; sapientiam suam stulta opinio factum fecerat, forti manu, deprimendum. Verum operæ pretium erit, rem deductius narrare.

§. II.

Alphonsi Deum corrigentis Arrogans & amens
superbia.

Tradit, in Hispanorum annalibus, Ro- Roder.
deri-